Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26448
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dona scis alius. & non cessat tempestas. offerunt
preces mat mie. & redit inquillitas. Cessat pi
us a dreas a pietatis ope. quia in exhibenda
pietate. piarum cedit piissime. Cessat Nicolaus
scs. terre mariq; ad subueniendum promptissimus.
quia cedit ei. per quam mundus saluatus est perditus.
Cessat clarus scs cum aliis scis. quia credunt ei
qui cunctis est potentior scis. Qui cumq; ergo huius
maris magni & spaciosi aliqua deprimeris
tempestate. eam inuoca preceteris. que hoc mag
num & spaciosum mare. aqua cumq; uoluerit per tur
batione facillime potest sedare. De copletorio beate marie.

Fuit quidam religiosus frater. qui scam
dei genitricem ualde diligebat. & eius
seruitium. preter copletorium deuote cot
die decantabat. Quadam uero nocte. per uisionem
ipsa mater mie ei apparens. quid ageret su
us capellanus inquisiuit. Ille uero non paruum
tremens ac stupens. satis humiliter respondit
dicens. Quis est. de quo mea dicit dna. At il
la inquit. Te ipsum esse scito. quem michi de
seruire non abnego. Si aliquantulum michi
negligens uideris existere. qui com
pletorium meum non uis decantare.